Arrogant quoque ſibi virtutem cuncti, & multifariam ſe idoneos exiſtimant ad gubernandum, verùm pauperes ac diuites eoſdem eſſe impoſſibile eſt. quapropter hæ partes præcipuè videntur eſſe ciuitatis, inopes ſcilicet & opulenti. Et præterea ex eo, quod vt plurimum alij pauci ſunt, alij multi, maximè omnium contraria inter ſe partes iſtæ apparent. itaque & reſpublicas ſecundum earum præualentiam conſtituerunt: ac duæ videntur, ſcilicet popularis & paucorum potentia. Sed quòd ſint plures, & ob quas cauſas dictum eſt prius. Quòd verò & popularis ipſius ſpecies ſint plures, & paucorum potentium, oſtendemus. Patet autem hoc ex his quæ dicta ſunt. nam & in plebe, & in nobilitate plura ſunt genera. Plebis quidem vna ſpecies, agricolæ, alia artifices, alia negotiatores, qui emendis vendendiſque rebus intendunt, alia circa rem maritimam, & horum alij bellatores, alij mercatores, alij nautæ, alij piſcatores. multis enim locis horum omnium turba ingens, vt piſcatores Tarenti & Byzantij, naualis multitudo Athenis, mercatores in Aegina & Chio, portitores in Tenedo. inſuper manuales & paruas facultates habentes, qui ocioſi eſſe non poſſunt. Præterea qui non ex vtroque parente ciue ſunt orti, liberi tamen homines, & ſi qua huiuſmodi plebeiorum hominum ſpecies altera. Nobilitas verò, diuitiæ, genus, virtus, diſciplina, & his ſimilia, quæ dicuntur ſecundum eandem differentiam. Popularis igitur prima ſpecies dicitur maximè ſecundum æqualitatem. vult enim lex huius popularis pares eſſe diuites & pauperes, nec alteros plus poſſe, alteros minus, ſed vtroſque eſſe æquales. ſiquidem maximè liber eſt in populi ſtatu, vt putant quidam, & æqualitas certè eſſe maximè pariter omnibus reipublicæ participantibus. cùm verò populus ſit multitudo, & id obtineat quod pluribus videatur, neceſſe eſt vt hęc ſit popularis gubernatio. vna igitur ſpecies popularis eſt hæc. Alia verò ſpecies, vt magiſtratus honoréſque in republica ſecundum cenſum patrimoniorum. & eum quidem paruum, tribuantur, ita vt qui tanta poſſidet, habilis ſit ad honores reipublicæ ſuſcipiendos: qui verò non poſſidet, ſit inhabilis. Alia ſpecies popularis eſt, vt omnibus omnino ciuibus habilitas ſit, modò non ſint aliqua ex cauſa obnoxij: dominetur autem lex.

A ἀντιποιοῦνται δὲ καὶ τῆς ἀρετῆς πάντες, καὶ τὰς πλείστας [ἀρχὰς] ἄρχειν οἴονται δύνασθαι· ἀλλὰ πένεσθαι καὶ πλουτεῖν τοὺς αὐτοὺς ἀδύνατον. διὸ ταῦτα μέρη μάλιστα εἶναι δοκεῖ πόλεως, οἱ εὔποροι, καὶ οἱ ἄποροι. ἔτι δὲ διὰ τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, τοὺς μὲν ὀλίγους εἶναι, τοὺς δὲ πολλούς, ταῦτα ἐναντία μέρη φαίνεται τῶν τῆς πόλεως μορίων. ὥστε καὶ τὰς πολιτείας κατὰ τὰς ὑπεροχὰς τούτων καθιστᾶσι· καὶ δύο B πολιτεῖαι δοκοῦσιν εἶναι, δημοκρατία, καὶ ὀλιγαρχία. ὅτι μὲν οὖν εἰσὶ πολιτεῖαι πλείους, καὶ διὰ τίνας αἰτίας, εἴρηται πρότερον. ὅτι δ' ἐστὶ καὶ δημοκρατίας εἴδη πλείω καὶ ὀλιγαρχίας, λέγωμεν. φανερὸν δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων. εἴδη γὰρ πλείω τοῦ τε δήμου καὶ τῶν λεγομένων γνωρίμων ἐστίν· οἷον, δήμου μὲν εἴδη, ἓν μέν, οἱ γεωργοί· ἕτερον δέ, τὸ περὶ τὰς C τέχνας· ἄλλο δέ, τὸ ἀγοραῖον, τὸ περὶ ὠνὴν καὶ πρᾶσιν διατρῖβον· ἄλλο δέ, τὸ περὶ θάλατταν· καὶ τούτου, τὸ μέν, πολεμικόν· τὸ δέ, χρηματιστικόν· τὸ δέ, πορθμευτικόν. τὸ δ', ἁλιευτικόν· πολλαχοῦ γὰρ ἕκαστα τούτων πολύοχλα· οἷον, ἁλιεῖς μὲν ἐν Τάραντι καὶ Βυζαντίῳ, τριηρικὸν δὲ Ἀθήνησιν, ἐμπορικὸν δὲ ἐν Αἰγίνῃ καὶ Χίῳ, πορθμευτικὸν ἐν Τενέδῳ· D πρὸς δὲ τούτοις, τὸ χερνητικόν, καὶ τὸ μικρὰν ἔχον οὐσίαν, ὥστε μὴ δύνασθαι σχολάζειν· ἔτι, τὸ μὴ ἐξ ἀμφοτέρων πολιτῶν ἐλεύθερον, κἂν εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον πλήθους εἶδος. τῶν δὲ γνωρίμων, πλοῦτος, εὐγένεια, ἀρετή, παιδεία, καὶ τὰ τούτοις [ὅμοια,] λεγόμενα κατὰ τὴν αὐτὴν διαφοράν. δημοκρατία μὲν οὖν ἐστι, πρώτη μὲν ἡ λεγομένη μάλιστα κατὰ τὸ ἴσον. ἴσον γάρ φησιν ὁ νόμος, ὁ τῆς E τοιαύτης δημοκρατίας, τὸ μηδὲν μᾶλλον ὑπάρχειν τοῖς ἀπόροις, ἢ τοῖς εὐπόροις· μηδὲ κυρίους εἶναι ὁποτερουσοῦν, ἀλλ' ὁμοίους ἀμφοτέρους. εἴπερ γὰρ ἐλευθερία μάλιστ' ἐστὶν ἐν δημοκρατίᾳ, καθάπερ ὑπολαμβάνουσί τινες, καὶ ἰσότης, οὕτως ἂν εἴη μάλιστα, κοινωνούντων ἁπάντων μάλιστα τῆς πολιτείας ὁμοίως. ἐπεὶ δὲ πλείων ὁ δῆμος, κύριον δὲ τὸ δόξαν τοῖς πλείοσιν, ἀνάγκη δημοκρατίαν εἶναι ταύτην. F ἓν μὲν οὖν εἶδος δημοκρατίας τοῦτο· ἄλλο δέ, τὸ τὰς ἀρχὰς ἀπὸ τιμημάτων εἶναι· βραχέων δὲ τούτων ὄντων· δεῖ δὲ τῷ κτωμένῳ ἐξουσίαν εἶναι μετέχειν, καὶ τὸν ἀποβάλλοντα μὴ μετέχειν. ἕτερον εἶδος δημοκρατίας, τὸ μετέχειν ἅπαντας τοὺς πολίτας, ὅσοι ἀνυπεύθυνοι· ἄρχειν δὲ τὸν νόμον.